

quadrata & cubicam figuram constituentes; Wolff. Senguerd. *Pb Nat. part. I. cap. 20*; & majori condensandi & coagulandi vi pollent, exemplo aceti sero lactis affusi & præter hoc innumeris aliis. Ipsa fragilitas corporum quæ non nisi in arctiori particularum cohæsi-
one, adeoque pororum firmiori constrictione consistit, de salina testatur præsentia; admistionem salinarum particularum fragilem corpori inducere naturam Morhofius *de scyp. Vit. c. 2. §. 3.* habet, & in §. §. dum à sale vitri fragilitatem deducit, confirmat. Jam si eandem, quam in antecedenti paragrapho ratione pororum comparisonem inter majus & minus, concludendo à majori ad minus, instituere debeamus, quod jure fieri potest, de dubio veritas triumphabit. Extremo adhuc digito eas tangam probationes, quas chymica nobis analysis per ignem dat: Lectorem ad ea experimenta remittendo, quæ laboratorii Præsidibus ob quotidianam quam exercent enchei-
resin, communia sunt, sive per incinerationem è vegetabilium fat te-
nacibus corporibus, sive è calcinatione exemplo tartari, corallorum &c: sive etiam per destillationem è retorta, exemplo salis succini, it. cornu cervi, gradu ab aliis differentium, quod sulphuri exaltato subtili juncta sint, experta habere velis.

§. 7.

Sulphureas denique Viscidi particulas quod attinet, non nego a terrestribus, æquè ac aquosis eas subjugari. Si verò, quod monendum censeo, sulphur & sal volatile in animalibus conveni-
re, consideremus, quatenus sc. è sanguine humano inspissato & condensato spiritus volatilis urinosus lege artis extrahatur, nullum restat dubium, quin absolute dicamus; in sanguine etiam con-
grumato & inspissato sulphureas esse particulas. Et quid Viscidum aliud est, si ea, quæ nobis, tractetur ratione? Serum est sanguinis coagulatum, particulas activas & purissimas è materiæ primi & secundi elementi secundum Cartesium conflatas seu sulphureas abscondi-
tas tenens, ita, ut manifestare se minus queant, quam libenter eti-
am hæc suis se liberare vinculis velint, sed intra receptacula viscida-
rum, ut salia alias urinola omnia, inclusa manere coguntur; Ergo nudum quoque oculorum ad spectum fugiunt, usque dum arte chy-
micâ difficili quamvis negotio compedibus exsolutæ suis, vel sub schemate spiritus vel salis volatilis prodire possint. Exemplo fit
qua